

Def. Notum tibi est, quoniam illius generis sum, quod apostolus Petrus
 his laudibus extollit: Vos estis genus electum, regale sacerdotium,
 gens sancta, populus acquisitionis, et quia iste populus per universum
 orbem terrarum Christum adorat et colit, propterea atque inter
 eos recipiendus sum et ad veritatem testificandam nunquam ex- f. 134.
 cludendus. Quis enim negat, ea Hebreis fuisse apostolos, qui
 sanctum evangelium sua praedicatione in toto mundo conserere
 fecerunt? Eius brevis conclusio: nonne, si doctor gentium
 etiam invidos bene Christum praedicare confirmes, me, qui
 sacerdotali compaignone quae recta rursus testifior, probare
 quis poterit? Aug. Si advenis et peregrinis ecclesiae prae-
 positos accusare libet, vel iudicare aut praedecernere, et aliqua
 scripta adversus eos facere, frustra ergo in pontificalibus epi-
 stolis ita praefatum habetur: Angelitus: Defensores sunt sub-
dicti, qui rectorum suorum vel doctorum vitam morumque ^{et corporum} ~~et corporum~~
 lites pravi sunt hii, qui substantias aliorum praedecernunt diripi-
 unt; et ideo iuste infames sunt et merito ab ecclesia exhorres
 fiunt. Doctor enim, vel quilibet qui locum pastoris in ecclesia te-
 net, si a fide exorbitaveris, est a fidelibus corrigendus, sed pro re-
 probis moribus magis tolerandus, quam iudicandus. Thelephorus: Non
suscipiamus ovis in accusatione adversas pastorem; verum omnes,
 qui adversas eum, qui locum pastoris tenet, armantur, infames
 esse censemus. Pius: Oves pastorem non reprehendant; plerumque
 episcopum non accusas, etiam si aliter fecerit. Nam eorum iudicium
 sibi Deus voluit reservari. Calixtus: Criminationes, conspira-
iones, insurrectiones contra doctorem vel qui locum superioris tenet,
 nemo suscipiat; quia non oportet filios patres reprehendere, nec fr-
 vos dominos lacerare. Non enim bene vivunt, qui superiores detra-
 hunt vel reprehendunt. Magistri enim portant laus, non repre-
 hendendi, nisi in recta fide oberraverint. Nullus doctor per